Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38166
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

235

populus beatus in aeternum adquisisse gaudebat. scili
cet quia talis hereditas in aeternum capitur; quia exulta
tio cordis mei sunt; Merito exultationem sui cordis
dicebat hereditatem regni caelestis. aeternis tempo
ribus adquiritur; Inclinavi cor meum ad faciendas
iustificationes tuas in aeternum propter retributionem; ne
cesse fuerat cor suum ad faciendas domini iustificatio
nes inclinaret. quae tali magisterio instructa super
ba mundi fastigia respuebat; iustificatio est quip
pe facere mandata domini humilitatis sensibus. opera
ri; In aeternum. quia qui hic facit fructum earum sub aeter
nitate recipiet; addidit propter retributionem scilicet
illam quae audietur, is fuit. venite benedicti patris mei
et reliqua;

SAMETH.

Iniquos odio habui et legem tuam dilexi; Iniquos
id est adversarios legis odiosi sibi fuisse dicit. seve
ro legem domini dilexisse; adiutor et susceptor meus es
tu; adiutor pertinet ad inplenda mandata. sus
ceptor autem noster factus est per sacramentum incarnationis archa
num; et in verbum tuum supersperavi, id est in dictatis tuis
perfidum summum meum desiderium collocavi; De
clinate a me maligni et scrutabor mandata dei
mei; hos declinandos esse pronuntiat qui insensa
tis contentionibus scripturas domini lacerare con
tendunt. qui dum calumnias exquisita vanitate
conceperint. ad scrutanda mandata domini idonei
non possunt inveniri; Suscipe me secundum eloquium
tuum et vivam et non confundas me ab exspectatione
mea; perfidis effugatis a domino semper petit suscipi. ut